

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium  
disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Philosophie moralis s. ethica - Ettenheim-Münste 104

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Philosophia Moralis s. Ethica: Proverium

[urn:nbn:de:bsz:31-110979](#)

# Philosophia Moralis

i.

Secundum  
Ethica.

## Prooemium.

j.

Anus nos Moralem Disciplinam, hoc Graeci  
Ethikam vocant, à voce græca Ethos, que Mo-  
res proprie significat: unde Ethica seu Philo-  
sophia Moralis à moribus, quos dirigit, appella-  
tionem habet. Mores autem sunt propres-  
siones aliquæ in bonum aut in malum mora-  
le; quæ vel nobis nata, vel um ac reper-  
titis actibus sunt comparata; quæque proinde  
actibus humanis sive bonis sive malis præbent  
originem.

Actum humanum vocant enim, qui fit ab ho-  
mine humano modo agente, id est, agente ex con-  
silio et deliberatione; ex quo homo se debet re-  
comitari ut cum v.g. animum ad studium cogi-  
tatio et consultio adiungimus. Sunt enim aliquæ  
actiones hominis, que non sunt humana, sibi-  
cet ea actiones, que quidem ab homine fiunt,  
sed non humano modo, nempe ex consilio: v.g. cum  
aliquis sine attentione vel redem vel mammum mo-  
vet, aut aliud quidpiam agit, actio haec est hominis  
duntur, non humana.

Circa actiones humanas tantum versatur Ethi-  
ca, non circa eas, que sine consilio fiunt: nam  
sola actiones humanae ad honestatis regulas confor-  
mari, et ad aeternam felicitatem dirigiposunt.

Unde definiri potest Ethica, sive Moralis Dis-  
ciplina, Scientia practica aut prudentia, que  
circa actus humanos, quatenus ad honestatis re-  
gulas aeterna felicitatis intuitu conformandos oc-  
cupatur.

Primo dicitur Scientia, quia conclusiones cer-  
tas ex principiis deducit, v.g. ex hoc principio Al-  
teri ne feceris, quod tibi fieri non vis, colligit non  
ape furandum, non calumniandum, non occi-  
dendum, &c. Hor autem principium a deo cla-

<sup>1583</sup>  
384

2. num est, ut mediocri attentione peripiatur, et  
ad solam, ut vorant, Intelligentiam pertineat.  
Primorum hujusmodi principiorum intelligentia  
in moralibus Synthesi dicitur, id est, observatio  
quædam, quæ actiones humanae probantur, vel  
improbantur. à nominis portio virginalis  
nunupatur, quia peccati labo non fuit vitiata,  
sed incorrupta manit, ut peccantes arqueret: est  
enim lex naturalis scripta in cordibus nostris.

Secundo Ethica dicitur Scientia practica, quia  
non conquietur in sola objecti contemplatione,  
sed ad praxim tendit: non enim ista Ethica sapientia  
est, ut morum regulas tantum cognoscamus, sed  
ut actus nostros ad eas conformemus.

Tertio dicitur prudentia, id est, cognitio eorum  
qua agenda sunt: nam prudentia nomen proprium  
scientiam ejus, quod iuste fieri potest, significat: hinc Scientia Iuris vulgo Jurisprudentia  
dicitur.

Quarto versatur circa actus humanos, id est,  
circa actus hominis humanos modis agentis.

Quinto, actus illos spectat, prout ad honestatis  
regulas intuitu beatitudinis aeterna conforman-  
dos. Ad hoc enim instituta est Ethica, seu  
morum Scientia, ut bene vivendi regulas  
trahat. Regula autem morum, sive ho-  
nestatis moralis, sunt lex aeterna, et recta ratio,  
legesque omnes, quæ ab ipsis profundere. Ina-  
num quidem legum observatione. Homines ad  
aeternam felicitatem, sive summi boni frui-  
tionem, tanquam ad ultimum finem per-  
duuntur. Nam ea deinde summa pou-  
tentia est, ut à summo bono nunquam oculos  
deflectamus, sed singulis actibus, in quoam  
que serum statu positi, aut quamlibet vita  
rationem amplexi sumus, in ipsum contenda-  
mus.

3. Ex hac Ethica definitione habetur, quorū  
nam sit idius objectum, tunc materiale, seu ma-  
teria eidem subjecta, tunc formale, seu ratio,

Sub quā materia illa ab Ethicā spectatur. Primum.  
Sunt actiones humanae: Secundum his vocabulis ex-  
primuntur; Quatenus ha humanae actiones ad hones-  
tatis regulas intuitu aeterna felicitatis seu finis  
ultini sunt conformanda.

**YB** Brevius ab aliis definitur Ethica: Scientia be-  
nē beatique vivendi.

Cum vero tria sint praeципua vivendi genera,<sup>4</sup>  
nempe vel in solitudine, vel in familia, vel in  
civitate; hinc Scholasticus triplicem distinguebat  
Solent Ethicam seu Philosophiam moralēm, nem-  
pe Monasticam seu Privateam, qua Solitarium  
hominem regit, Oeconomicam seu Domesticam,  
qua familiæ; et Politicanam, qua Reipublica au-  
ram servat.

Verum quidquid de hac partitione dicunt Scho-  
lastici, nobis videtur, quod duo posteriora Mo-  
ralis Philosophiae membra in priori membro con-  
tineantur; ac proinde sufficiat, ut quis probis mo-  
ribus imbuatur, quatenus dominum aut Tempu-  
blicam benē, feliciterque administret. Necesse  
enim est, sub Quinquā aut Toga vivatum ho-  
minem latere, qui alii regendis tanto aptior  
fit, quanto his affectibus imperat, et suā cetero  
virtute eminet. Nam non alia privati et po-  
litici hominis virtus est, neque diversa utrius-  
que dici debet a se beatitudine. Quidquid enim  
Monastica profitetur, aequō iure in duabus aliis  
continetur, vita subiecta Scientia, à quā nihil  
diversum Politica, aut Oeconomicā daret, vel  
completitum.

Ceterum ut Moralis Philosophia Scopus aper-<sup>5</sup>  
tius pateat, opera retium arbitrorum paucis  
ca, que circa eam disrupturi sumus, perstringere,  
et totius operis nostri dispositionem et oeconomici-  
am aperire. Primum igitur à Summi Boni na-  
tura exordimus, et in quo praeceps consistat, ex-  
plabimus. Mōrē Virtutis definitionem et di-  
visionem exponemus: Virtutes quippe ad sum-  
mum, quod expetimus, bonum constanter pro-

4<sup>o</sup> Segnendum juvant, et velut adminicula sunt, qua ad id, quod honestum est, animos nostros evitant, et attollant. Deinde passionum seu affectuum animi usum rimabimus, ut protè virtutum materialiam, et in quas potissimum vices has exorunt. Tum panca de artibus humanis subretemus, ubi praeceps de libero arbitrio hominis agemus, nec non humanorum actuum bonitatem et malitiam examinabimus. Denim varia officia hominis breviter perstringemus. Quia omnia variis capitibus exponemus. Sit igitur

6

### Caput Primum.

#### De Summo Bono.

Actum humanorum finis ultimus summum est bonum, ad id enim omnes collinant. Ergo ab ipsis consideratione inchoanda videtur ethica, quia morum institutio sine potissimum est metienda, nec ulla potest in re certa honeste vivendi via, nisi, quod duere debeat, prius fuerit exploratum. Hinc vulgare illud prodit effectum, finem epe primum in intentione, et ultimum in executione. Prinus tamen enarrandum, quid sit Bonum generativum. Sitergo

S. Primum.

7

#### De Bono generativum.

Aristoteles post Veteres Philosophos, Bonum dicit epe id, quod omnia appetunt: unde Boni appetitum ab initia nobis propensione seu appetitu desumere videtur, existimans idum bonum epe, quod appetitum nostrum exicit, atque ad idum amplectendum adicit. At per hoc non sat, exactè Boni natura declarari videtur: nam appetitus, seu propensio illa, quā erga bonum facimus, aliquid nostra natura congruum esse praesupponit, ac proinde Boni rationem, iam habere debet, priusquam appetitum nostrum moveat. Appetibilitas enim, si ita loqui fas est, est Boni ipsis affectio tantum, qua idum jam constitutum supponit, et comitatur; non ergo dici potest